

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Conuersacio af  
cum fonte primo

Quantum

cuius mensura hec michi esse uidetur  
ut neque contra honestatem,  
neque supra necessitatem sumatur.  
Non omnis uenter idem sapit,  
alius plus, aliis minus.

Ergo ille cui parum sufficit  
magis superfluitatem caueat.  
Ille uero cui multum opus est  
magis ad honestatem attendat  
quia neque ille nisi temperancie metas transierit  
ad turpitudinem ueniet,  
neque iste nisi prius honestatis oblitus fuerit  
in superfluitatem impinguet.

Hugo ibidem (de disciplina monachorum).

Deinde sequitur custodia disciplinae in eo quantum  
→ quis sumere debeat,  
cujus mensura haec mihi esse videtur,  
ut neque contra honestatem  
← neque supra necessitatem.  
Non omnis venter idem capit,  
alius sic contentus, aliis vero sic.  
Cui minus sufficit,  
iste priusquam ad turpitudinem edacitatis perveniat,  
in superfluitatem offendit;  
cui multum opus est,  
in eo saepe honestas comedendi laeditur,  
etiam priusquam ad superfluitatem veniatur.  
Ergo ille cui parum satis est,  
magis superfluitatem caveat;  
ille tero cui multo opus est,  
magis ad honestatem attendat,  
quia neque ille nisi temperantiae metas transierit,  
ad turpitudinem veniet,  
neque iste nisi prius honestatis oblitus fuerit,  
in superfluitatem impinget.

Hugo de sancto Victore, *De institutione nouitiorum*,  
20 (PL 176, col.950D-951A).